

Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 197. An illas & quas alias pœnas incurvant Cardinales malè
alienantes res Ecclesiarum suarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

Suar. de cens. d. 4. f. 9. num. 19. Barbos. in cit. Extrav. num. 3. Wiestn. b. t. num. 151. & 152. modò tamen hæc ignorantia non sit crassa & supina, ut iudicem. quippe quæ secundum probabilem æquiperatur scientia juxta c. fin. dist. 33. c. ut animarum. de constit. in 6. adeoque temeritatem non excludit, ut eam excludat ignorantia probabilis, quamvis eas adhuc non incurri, etiam si ignorantia fuerit culpabilis, etiam crassa & supina, assertor. Delb. c. 17. du. 22. num. 7. eo quod Extrav. dicat: alienare presumperint: non presumere autem importet, non tantum quamcumque temeritatem & audaciam, sed eam, quæ excludat omnem ignorantiam; eo nixus principio (pro quo c. 19. du. 59. f. 1. n. 4. citat Sanch. l. 2. mor. c. 10. num. 38. Duard. in Bullam can. L. . . . quæst. 36. num. 3. Bonac. de cens. d. 2. q. 5. p. 4. num. 9. Filiuc. Tom. 2. tr. 2. c. 7. num. 205. Dian. p. 3. tr. 5. resol. 13. contra Sylv. Franc. Henr. Suar. Molin. Laym. & alios ibidem à se citatos) nimur quod excommunicatio & quæcumque censura, aut etiam alia poena lata contra scienter facientes contra legem non contrahatur à faciente contra illam ex ignorantia poena, etiam crassa & supina, imò & affectata; eo quod nequum faciat scienter contra legem talen poenam, quæ juxta communem non est extendenda ultra proprium significatum, sed potius restringenda secundum reg. odia. de reg. juris in 6. Ac ita licet talis ignorantia æquiveat scientia quod ad incurrendam culpam contra legem, non tamen æquiveat ei quod ad incurrendam poenam contra legem, utpote quæ solum imponitur contra scienter facientes contra legem. Quod pluribus stabilit ibidem, per seq. num.

2. Secundò dictas poenas non incurunt illegitimè alienantes & recipientes ante actualem & pacificam traditionem & receptionem & possessionem. Delb. c. 17. du. 1. a. num. 39. Nav. loc. cit. num. 13. Covar. l. 2. var. c. 16. num. 7. Barbos. loc. cit. num. 24. citans alios. Pirk. b. t. num. 77. Reiffenst. num. 67. Wiestn. num. 150. citans Donat. Tom. 1. pr. regular. p. 2. tr. 14. quæst. 89. num. 5. ego in for. benef. p. 1. quæst. 446. num. 3. contra Bonac. tr. de alien. rer. eccl. q. unic. p. 5. num. 2. Constat non tantum ex jure antiquiore, dum c. si quis. b. t. etiam non nisi post traditionem dicuntur excommunicandi alienans & alienationi subscribens, dicens: nisi forte alienator, & qui recepit, celeri restituzione sibi prospexerint. adeoque multo magis: excommunicationem evitent, qui contractum alienationis mutuo consensu perfectum revocant ante traditionem & receptionem vel etiam, ante quam alter pacificam rei alienatæ possessionem obtineat, ut Delb. l. c. n. 40. citans Jalon. int. fin. C. de emphyt. Nav. loc. cit. conf. 15. Filiuc. tr. 34. num. 119. Ricc. decif. 65. & alios. Sed etiam constet ex jure recentiore. cit. Extravag. requiri receptionem, adeoque & traditionem, dum dicitur: tam qui alienat, quam qui alienatas res receperit, excommunicationem incurrat. Estque ratio, quod res non dicuntur alienata, donec traditio facta sit. l. alienatum. ff. de; V. S. & injure, præsertim in materia odiosa, qualis est constitutio poenalis, verba accipiuntur cum effectu. c. relatum. de cler. non resid. junctâ Gl. v. cum effectu adeoque poena, maximè que censura, non incurvantur, nisi securus sit effectus sub illis prohibitus. Nav. conf. 37. de sent. excomm. num. 2. Suar. de cens. d. 4. l. 3. num. 4. Cönnick d. 13. du. 8. concl. 7. Delb. Pirk. Wiestn. LL. cit. jam vero effectus contractus alienationis

non censetur securus ante traditionem & receptionem pacifica possessionis; cum hæc duo, & non sola conventio contrahentium sint effectus prohibitus sub dictis poenis. Quin etiam, ut Pirk. effectus non sit securus, si statim sit reparatus, quia alienatio celeriter revocata, & res alienata celeriter restituta. Multoq[ue] magis dicta de non incurssione dictarum poenarum locum habent in attente solum alienationem, & qui tractatu nondum perfecto, recedit; cum poena imposita committenti crimen, regulariter non incurrit per attestationem illius. Wiestn. num. 149. cum Donat. l. c. q. 90. num. 1. & Quatan. v. alienatio rer. Eccl. n. 50.

3. Tertiò excommunicationem aliasque poenas Extravag. ambit. uti & Clem. 1. b. t. vi illius non incurrit Religiosus subditus, nullo jure administrationem habens, si quid alienet, demoliatur, destruat. Bonac. l. c. num. 1. Donat. loc. cit. Filiuc. p. 3. tr. 44. c. 6. quæst. 4. num. 4. citans alios. Delb. c. 17. du. 1. num. 19. Wiestn. b. t. num. 148. siquidem dicta Extrav. & Clem. loquuntur solum de Prælatis, beneficiatis aliisque habentibus administrationem. Sunt tamen tales alii penitentia multandi, ut Donat. & Bonac. & incurrire illos adhuc excommunicationem latam à Trid. Sess. 22. c. 11. contra usurpantes sibi res ecclesiæ, & Papæ reservatas, de qua paulo supra, sentit cum Franeo. Leo for. eccl. p. I. c. 15. num. 43

Denique excusat à penitentia omnibus tam latis in Extrav. ambit. quam in aliis iuribus, etiam ubi jura ista poenalia usu sunt recepta, quicunque rerum ecclesiasticarum sua administrationi commissarum alienatione non peccant mortaliter; eo quod poena ista omnes sint admodum graves; poena autem esse debent commensurata delicto juxta c. asseramus 24. q. 1. can. pro qualitate. 26. quæst. 7. l. perspicendum. ff. de penit. l. sancimus C. eod. & ita docent cum communi. Nav. in man. c. 27. num. 9. Covar. in c. alma. de sent. excom. in 6. p. 1. §. 9. Sanch. l. 6. mor. c. 4. num. 55. Suar. cit. d. 4. f. 4. Cönnick l. c. concl. 2. Castrop. tr. 29. d. 1. p. 7. n. 2. &c.

Quæst. 197. An dictas & quas alias poenas incurvant Cardinales male alienantes res Ecclesiæ suarum?

R Esp. Cardinales subesse penitentia statutis praesumentibus alienare bona ecclesiastica, assertit, & sic habere praxim Curia Romana testatur Delb. c. 17. du. 26. num. 1. & licet sentiant aliqui, eos non subiici legibus poenibus, nisi id exprimatur, id tamen locum non habere dicit in iis, quæ pertinent ad publicam ecclesiæ utilitatem, & quæ agunt de justitia observanda & fraude evitanda, quemadmodum in specie subiici illos legibus Cancellaria de fraude tractantibus affirmant Cassador in reg. Cancell. q. 38. Sarment. in addit. ad reg. Cancell. decif. 69. Paris. l. 2. q. 4. n. 8.

Quæst. 198. An delegatus Papæ concedens facultatem alienandi in detrimentum Ecclesiæ, aut procurans decretem alienationis, aut suadens Papæ alienationem incurrat dictas poenas?

1. R Esp. ad primū: delegatus seu commissarius, cui commissum examen causarum expressarum